

dum. Quia vero interim de eo eram sollicitus,
 de quo modo dixi, hoc est de confusione apud Stu-
 diosos Physicæ; eos præsertim qui profectus suffi-
 cientes nondum fecissent, & ne, si prorsus tacerem,
 periclitaretur tandem honorifica, qua esse debet,
 existimatio sapientissima antiquitatis, & lauda-
 tissimorum fundatorum, qui tanto consensu rece-
 perint, approbarint, sanciverint Philosophiam
 Aristotelis, cuius tamen fundamenta labrotam
 levi dispelli & convelli possint; officij mei esse pu-
 tavi Studiosos Physicæ in hac Universitate dis-
 sertatione hac, privatim initio ostensa, & nunc
 quia ita placere nonnullis videbam in Disputa-
 tionem publicam redacta, ab ista ruina vel præ-
 munire vel si qui vacillarent, aut planè lapsi es-
 sent, quorum neutrum adhuc dum spero, tollere
 atq[ue] sustentare. Quod nostrum propositum cùm
 non dubitemus omnibus sine affectu sinistro judi-
 cantibus nos probaturos, sequentibus Thesibus
 sententiam nostram exponimus.

THESES I.

UT in plerisque controversiis quas mo-
 vent Aristoteli adversarii ipsius, vapulare ipse
 cogitur non tam sua quam suorum adversioriorum,
 imò etiam, quorundam defensorum & interpretum
 culpâ;